



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus IX. De Conjugio servorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](#)

gare Paleot. in *Tract. De notis & spur.* cap. 46.  
num. 4. qui vult tantum agi ibi de natis ex pu-  
tativo matrimonio: verum rectius dici, ad  
omnes pertinere spurios d. cap. 5. decisionem,  
quia nititur iure naturali, quo mandatur edu-  
catio liberorum. Et facit, quod matrimonium  
de quo d. c. s. non possit dici putativum; cum  
contra legem sit initium; & non tam subicit igno-  
rancia facti, quam juris, quae non ex-  
cusat, nec facit ponit matrimonium putati-  
vum, quod ponitur per justam facti igno-  
ranciam, de qua inf. *Qui filii sint legit.* Denique  
si putativum foret, frustra moveretur quæstio  
de his alendis, cum tales succedant in parentum  
hereditatem, ut diceatur infra Tit. 17.

## TITULUS IX.

## De Conjugio servorum.

## SUMMARIUM

1. *Impeditamentum dirimente personam.*
2. *Vel circa persona conditionem.*
3. *Nisi quis scienter cum serva annuit.*
4. *Iure Canonico tenet matrimonium.*
5. *Partus sequitur conditionem.*
6. *Error circa personam tum annuit concomitans distinet matrimonium.*
7. *Idque iure naturæ.*
8. *Error circa alias qualitatem modis.*
9. *Quod tamen limitationem reipæ.*
10. *Dolus interveniens an iria pro matrimonio?*

## TITULUS VIII.

## De conjugio leprosorum.

## SUMMARIUM.

1. *Lepra supervenientis sobvit sponsalia.*
2. *Non etiam matrimonium.*

**L**epra supervenientis dat caussam irritandi sponsalia, c. fin. hoc tit. Ratio consistit in metu infectionis, qui meritè facit invitum. Idem non operatur lepra præcedens, si fuerit præcogita, quod sibi impurata debeat, qui cum infecto contraxerit. Alter se res habet, si ignoraverit, arg. cap. *Quemadmodum sup. De iure iuræ.*

Matrimonium per lepram superveniente 2 minimè dissolvitur, etiam non consummatum, cap. 1. hoc tit. nequidem quoad thorum, cap. 2. hoc tit. Quod tamen temperandum videtur nisi subicit probabile periculum inf. etionis, cum nemo se obliget ad matrimonii contractum, nisi salva vita incoluntate, & ita temperandum, secundum plerosque, d. c. 2. Neque enim Deus est tentandus, can. *Si nulla xxii.* 2. 7. Licet autem eo casu libertetur à debiti reditioне, non tamen ab aliis servitis, quæ sine periculo vita præstari possunt. Vide Barbofa ad *Sub. D. Soluto matrim. p. 2. n. 28. & 29.* Idem sentiebund de morbo Gallico, aut simili, quo alter laboret, ex rationis paritate. Navarr. in *SHIMNAC. 21. MM. 27. casu. 8.*

**I**mpeditamentum dimens possumus contingit vel circa personam, ut quis putat se ducere Sejam, quem est primogenitam, & obtruditur ei secunda, & impedit matrimonii contrahentes defecuum confessus in personam, non possit dici consensus in personam, animo non concepit, arg. *In voluntate.* 9. in pr. D. *De contrah. empt.* Quod iuræ est, ut ne quidem S. Pont. efficeret per talis errore matrimonium initum temere non potest supplete confusum. *Vel circa personam conditionem,* ut quando quis non contrahere cum persona libera, quæ est qualem contractum, post leges civiles. *De nupt. 22. §. si verò ab initio.* Ecclesiastes ravius irritum, propter erorem cuiusdam qui gravior est, & omnem confusum. cap. 2. *& fin. b. 1.* Dico Ecclesiagus unde jure naturæ non irritari, cum simpliciter solute non impedit liberum matrimonium, sed tantum certis temporibus, & concurse sit simpliciter voluntarius, cum consideratur in hanc personam. Licet iuræ etiam sit adjunctum ratione qualitas, & non facit involuntarium simpliciter, ut impedit.

*Scienter cum serva contrahens, habens*

ubi imputet & frustra ad dissolutionem provoca-  
cat: ut & ille; qui servam, quam ignorans  
duxit, re cognita cognovit, videatur enim eo  
facto in eam consensisse. Servitus perpetua sit,  
an temporalis, nihil refert, cum satis sit pro  
eo tempore servari esse, etiam si promissa sit  
libertas, aut debita: quo modo statuliber inter  
servos refertur, *I. Statuliberum 9. D. De statu-*

*lib. & statulibera servum parit, I. Statulibera*  
*10. D. eod. Si uterque fuerit servilis condicio-*  
*nis, frustra ignorantia objicitur, cum nulla*  
*subsit lesio, ubi utriusque per conditio. Quod*  
*multo magis dicendum, si aliquis cum serva-*  
*se puer contrahere, qua tamen est libera,*  
*cum conditio ejus sit melior, ut non possit*  
*hac in parte videti invitius. Propter acciden-*  
*tem alteri conjugum servitutem nequam*  
*nostris motibus solvitur matrimonium semel*  
*rite contractum, ut dicitur *inf. De divor.**

*Est autem iure Cannonico inter servos ma-*  
*trimonium, ut & inter liberum & servam;*  
*neque enim hi privandi sunt hoc Sacramento,*  
*nec dando illis ansa fornicationis, cum non mi-*  
*nus peccent fornicando, quam liberi: adeo*  
*ur etiam invito domino contrahant, c. i. h. t.*  
*Non liberantur tamen per hoc a servitio domi-*  
*no debitis, qua consueta non subtraheat pra-*  
*texu matrimonii, domino omnia iura salva-*  
*mancant, & adeo ut non impediatur servum*  
*distrahere. Non ita tamen cum occupabit, ut*  
*non possit convenienti tempore matrimonio*  
*vacare, & reddere uxori debitum; nam cum ha-*  
*beat jus ad matrimonium, per Canones, habet*  
*& jus ad ejus ultum. Quia procedent, etiam si*  
*dominus matrimonio consenserit, quia non*  
*videtur sibi su que iuribus praejudicare, con-*  
*fentiendo conjunctioni, quam impedit ne-*  
*quit. Ni si tamen ipse servum aut servam tam-*  
*quam liberam tradiderit, aut sciens alterum*  
*alterius conditionis esse ignoratum, studio ta-*  
*cuerit, tunc enim sibi praejudicat d. Nov. 22. §.*  
*si vero ab initio & §. nam si tradiderit, ubi dicitur*  
*ancilla ita a domino tradita fieri libera &*  
*ingenua. Ut tale matrimonium subsistat, cum*  
*non sit conditionis imparitas, & alter hoc ipso*  
*liber sit.*

*Quantum ad partum atinet, ille sequitur*  
*ventris conditionem, & aatus ex ventre servo*  
*subjicitur ei, qui ventris dominus cit, *Par-**

*tit. C. De rei vindic. Nisi consuetudo loci ha-*  
*beat, ut inspiciatur qualitas patris, cap. 3. hoc 6*  
*personam impedit matrimonium contrahi; si-*  
*ve sit antecedens, qui causam actui praebet,*  
*arque ita efficit involuntarium: nihil enim vo-*  
*lum quia praeconcepit; sive concomitans,*  
*qui non inducit quidem ad voluntum, sed ita*  
*concomitantur, ut sine eo effectus fieret: veluti si*  
*contrahens cum Maria existimat esse Cathari-*  
*nam, ita affectus, ut, si scivisset esse Mariam,*  
*cum ea neutrigua resuisset contrahere. Quo*  
*casu licet error non faciat simpliciter involun-*  
*tarium, facit tamen non esse voluntarium,*  
*cum, licet non dicit voluntas ducendi tales,*  
*si nosset, non tamen duxerit; nam cum igno-*  
*ratio eam esse, non potest videri in eandem*  
*consensisse, quia ut divi, nihil volitum, nisi pre-*  
*cognitum. Sanchez. 7. Diff. 18. num. 4. & 5.*

*Ubi queritur, An iure naturae error circa*  
*personam dirimat? Glos. can. unic. in princ.*  
*xxix. q. 1. velle solo iure Ecclesiastico. Sed re-*  
*cens id iuri naturae quis adscriperit, eo quod*  
*error libertatem & consensum auferat, l. Si per*  
*errorum D. de iuri d. sine quo stare matrimonio-*  
*nium nequit. Ut neque ullus contractus sine eo*  
*valer, cum ratio non patiatur, ut aliquis obli-*  
*geretur invitius. Unde consequitur, Pontificem*  
*efficere non posse, ut tali errore initum matrimoniū*  
*teneat, defectu contentious. Plura San-*  
*chez d. Diff. 18. num. 11.*

*Error circa alias qualitates, uti divitias, no-*  
*bilitatem, virginitatem, non facit ditimi matrimo-*

*nium, cum non inducat involuntarium.*

*Nam licet error sit causa involuntarii, non ta-*

*men quilibet efficit simpliciter involuntarium,*

*sed is solus, qui est circa qualitatem, perse-*

*& ex natura rei requisitam ad ipsius contractus*

*essentiam, non etiam ille, qui est circa acci-*

*dens: qui circa illud quidem constituit involun-*

*tarium, non etiam circa substantiam ejus-*

*que finem, ut proinde matrimonium teneat,*

*d. can. un. §. ad bac xxix. q. 1. \* Quod primo*

*limitandum, nisi qualitas, in qua erratur ap-*

*ponatur per modum conditionis in ipso con-*

*tractu, ut si dives est, virgo, nobilis; quia con-*

*ditionis illius falsitas saceret desicere consen-*

*suum in matrimonium, & ex consequenti &*

*ipsum matrimonium. Secundum, nisi error qua-*

*lita.*

Fff 2

licitatis redundet in errorem personæ; veluti si formaliter & directè feratur in personam, cui inest talis qualitas, ut in filium Regis, materialiter vero & indirecte in personam præsentem; tunc enim ponitur error personæ matrimonium irritans.

10. Q. Utrum dolus interveniens constitutus nullitatem? R. Dolus ab errore in hoc solum diffire, quod dolus ponat actionem seu deceptionem injuriosam, per quam proximus in errorum inducitur: error autem abstrahat ab iniuria vel deceptione alterius cum fieri possit ex naturalibus causis, aut contingentibus causis, ut idem fieri sit effectus. Distinguendum autem inter sponsalia & matrimonium: nam sponsalia non alias irrita ponit dolus, quam si causam sis dederit, non etiam si tantum incident, secundum l. Et eleganter 7. in pr. D. de dolo, & que ibidem traduntur: Propterea quod dolus contrahitibus honestæ fidei [ad quos spectant sponsalia] causam dans eos irritat, incidens non item. Ratio differentia est, quod illo casu causet involuntarium, cum dolus per alterum exhibitus fecerit alterum ad sensisse, qui sine eo non consenseret; hoc vero non faciat deficere consensum, cum alter, si preservisset, non fuisset tamen impeditus à contrahendo, Sanchez 1. Disp. 64. num 3. Ad matrimonium quod attinet indistinctè illud non annulatur, nisi dolus ponat errorem circa personam, aut statum persona. Probatur per c. Cum in Apostolico 18. sup. De sponsal. & matrim. quod non irritat matrimonium, ad quod in eundem alter per mendacium & subreptionem est inductus. Facit eodem can. fin. xx. q. 3. ubi illeci per dolum tener professio: & text. in. c. Ex parte 14. sup. De convers. conjug. ubi falsa causa non facit non tenere professorem. Ut idem de matrimonio sit judicandum. Ratio differentia inter sponsalia & matrimonium est, quod voluntas contrahendi matrimonium verteret circa statum perpetuum, feraturque absolute in objectum illud, sive dependet ab illa conditione: ut effectus objecto conformis eum firmum & indissolubilem ponat, quem dislovi minus consentaneum ratione. Sponsalia vero non ponunt actum perf. etum, und ab iis variis ex causis receditur, de quibus sup. Th. 1. Nihil facit, quod dictum supra me-

tu in initium matrimonium irritat; non ideo, quia ille auferit consensum & voluntarium, si cadat inconfutabili secundum dicta sup. De his que rite. Verò nisi sit circa substantialia mortaliitatem ad matrimonium requiri, tamen absolutum ponit voluntatem eligendam ejusmodi perpetuum, etiamen circumstantis quibusdam, que si voluntaria consensum non auferunt. Vide Com. 2. c. 3. §. 7. num. 7. Sanchez 10. Disp. 3.

## TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

## SUMMARIUM.

1. An quis liber sit vel servus, ex ventre gendam.
2. Venter semper certus, nisi aliud habeat fuerit.
3. Calamitas matris non nocet partui.

**Q** uia dictum, errorem circa conditum servilem ventire nuptias, recte habetur, qui servus sit, quis liber. \* Ex hunc gendum dicitur ex ventre, qui liber erit & natus, alias servus futurus, cum ex regula generali patrus sequentem, \* qui est, five patr. sit servus, liber; nisi aliud habeat consuetudo locutio, prox. Libertas si ventri additum a temporibus, scilicet vel conceptionis, nascitutatis, vel intermedio prodierit partu. De ingen. \* Calamitas matris superveniente obest foetus, nisi talis, que & in utero tangat, ut si mater praegressa in puerulo capiatur.

## TITVLVS XI.

De Cognitione spirituali.

## SUMMARIUM.

1. Cognitione spiritualis quid, ejusque orig.
2. Ea olim trivlex, Paternitatu, cognitio  
li: & Fraternitatu.